

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Illvstrivm Virorum Epistolae, Hebraicae, Graecae et Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra aetate doctissimum diuersis temporibus missae

Reuchlin, Johannes

Hagenoae, 1519

F. Conradvs Kollin De Vlma theologiae professor, ordinis praedicatorum,
[...] doctori Ioanni Reuchlin, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270838)

AD IO. REUCH. LIB. SECVND.

& improvidum errorem humiliter & catholice fatebaris, rogādo eosdem quatenus te nostro Collegio commendarent, ac singula in partem meliorem interpretarentur, quod & ipsi diligenter cū magna charitate, quemadmodum petisti, facere curauerunt, effeceruntq; ut te catholicum ecclesiæ uerum & obedientem filium reputamus & reputabimus, si quod uulgo incaute sparsisti recolligere studeas, & lapides tollas quibus alii in uia dei sunt offensi, sicut in Hieremia scriptum est. Tollite de uia lapides. Verum, quia te scripsisti non meminisse ubi nam speciatim scādali occasionem præstitisses, aut scripturas exposuisses aliter q̄ patiatur intellectus ecclesiæ. Idcirco literis his nostris illorum indicem implicatum transmittimus, in quo annotatæ habentur propositiones & allegationes sparsim per te ex scriptura sacra, & ex utroq; iure impertinenter allatæ. Super quibus (uti nobis uisum est) in defensione tua latine edita ac consultationi iuncta **NON SATIS** pro fidei tuæ sinceritate te expurgasti. Quare petimus, ut per tua scripta mentem tuam latius deuelando nos informes, aut exemplo humilis & sapientis Augustini palinodiam cantando retractes. Hæc enim est ingenua & uere christiana cum charitate seueritas, corrigere atq; emendare aut etiam destruere opus quod improvida & male circumspècta festinantia struxit. Nam sic (ut uerbis tuis utamur) integritatem in te suam fides incontaminata custodiet, illuminante te Christo, qui ad ædificationem aliorum te facinum & ineolumem seruet. Vale. Ex Colonia, nostri Decanatus sub sigillo, die secunda, Mensis Ianuarii. Anno domini M.D.XII.

F. CONRADVS KOLLIN DE VLMA THEologiae professor, ordinis Prædicatorum, Egregio Imperiale Legum Doctore Ioanni Reuchlin, Sueuorum Confœderationis æquissimo Iudici. Cum commendatione Salutem plurimam, & animum foelicem.

CLARISSIME DN. Doctore, mittit facultas nostra theologica Coloniensis, quæ emendandæ uidentur propositiones, quas tractatus uester continet. Optatq; ut super emēda

EPIS. ILLVST. VIRORVM AD

rione eiusmodi Propositionum quantocius mentem uestrā eidē
 significetis. Arguitur nanq; negligentia, quia non agit ut quæ plu-
 rimo scandalo sunt, emendētur &c. Charissime domine Doctor,
 non dubito, Dominatio uestra confidat in me ut amicum, & pro-
 fecto amici munus effecisse & facere me arbitror, & ut amicus cō-
 sulo fideliter, Res in eo statu est. Effeceram ego ut facultas dicta,
 uobis pariter cum propositionibus scriberet earum defectū, qua-
 liter etiam emendandæ essent, superuenerunt hinc inde scripta
 quæ tractatum illum grauius accusant, simul & facultatē ipsam,
 quia non celerius contra Dominationem Vestrā procedat, atq;
 librum ipsum condemnet. Quibus permota facultas ipsa, consul-
 tius fore iudicauit, si propositiones ipsæ primo Dominationi Ve-
 stræ exhibeātur. Possētis nanq; (ut aiunt) uelle proteruire atq; cō-
 tumaciter quæ scripsistis defensare. Quo fieret ut aliter procede-
 re oporteret. Ut ergo facultas ipsa non uideatur partialis, atq; uo-
 bis colludere, uoluit primo exhibere propositiones sperās ad meā
 sponsonem, q; ut iurum bonum decet non recusabit uos, im-
 mo magis Propositiones & dicta submittere correctioni faculta-
 tis, quæ ex post Dominationē Vestram plene informabit, in quo
 dicta aliqua deficient. Informationē quoq; dabit saluo honore ea
 emendandi. Nō est facultas ad confusionē Dominationis Vestræ,
 sed ad saluandum honorem prona, cum tot per me percipiant
 egregias Dominationis Vestræ laudes. Dominatio uestra in hoc
 oro suppliciter roganti acquiescat, humiliter facultati cum præ-
 sentium Latore rescribat, atq; ei dicta submittat. Neq; indignum
 arbitretur facere, quod Sanctissimi, atq; Ecclesiæ Luminaria face-
 re non dedignati sunt. **NON MIRVM SI IURISTA
 THEOLOGICAS NON ATTIGERIT SVBTI-
 LITATES.** Parcat iteram confidentius scribenti dominus
 meus. Videbitis multa min⁹ bene sonare. Quæ forsan Iuristæ ual-
 de bona uidentur. Sunt religiosi & seculares qui omnes expectant
 sententiā nostræ facultatis. Et quantum ego aduertere possum,
 omnes parati sunt aduersus uos insurgere. Si autem per Iudiciū
 facultatis nostræ absolut. fueritis, nemo erit qui condemnabit.
 Dat. Colonia in octaua Innocentum. Anno. M. D. XII.